Cessionarij sui totaliter et plenarie transtulit, transfudit et incorporavit, prout transfert transfundit et incorporat p[rae]sen[tibus]. Per ipsum Cessionarium suum hocidem[?] dus praesens Cessum, et summam supraescriptam praesentibus absceßam tenendi, habendi et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice, utifruendi, summam p[rae]fatam tollendi, levandi, et percipiendi, de levata et percepta quietandi, proeademq[ue] si non fuerit persoluta Iure agendi. Processus quosvis Iudiciarios instituendi et inchoandi, ad debitumq[ue] Executionis finem perducendi, ac praemissa omnia tanquam sua propria ad suos quosvis beneplacitos usus fructus libere et effectualiter convertendi Iuris praefati originalis ea omnia latius in se complectentis praesentisq[ue] Cessi et transfusi vigore. Salvis Nihilominus provisionibus a summa Quinq[ue] Millium florenorum polon[icalium] superius specificata, apud Antecedaneos superius specificatos, bonorum praefatorum oppidi Sobkow et villarum eo pertinentium Possessores pro annis praeteritis retentis sibi Regni Iuribusq[ue] successoribus pleno in robore Iuris me dijs vindicandis reservatis.

Starzechowski et Strzałkowski mutuo se Quietant

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Praemysliensibus Gnosi Nicolaus de Starzechowice Starzechowski ab una et Samuel Strzałkowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, a Terris Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo, praesentiq[ue] Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando, atq[ue] subijciendo, palam libere, publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Gnosus Strzałkowski

colli suo et Gnosi Hedvigis Grzymalanka Consortis suae legitimae pro
Cuius rati habitione cavet et se praesentibus inscribit nomine, sese mu-
tuo et invicem una pars alteram cum posteris utriusque partis de In-
tercisa certa inter se Recognoscentes et praefatam Gnosam Stratko-
wska unius Recognoscentis Consortem, ratione certarum rerum et
conditionum in eadem Intercisa contentarum, De Actu et data-
illius hic Praemysliae feria sexta post Dominicam Invocavit Qua-
dragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Se-
ptuagesimo Primo proxime praeterito confecta conscripta, manibus
sui Recognoscentium propriis et praefatae Gnosae Stratkowska,
unius Recognoscentis Consortis subscripta, Actisque Officii praesentis
cum interpositione Vadii summae Mille sexcentorum florenorum
polonicalium ad terrenda firmata et roborata eiusque Inscriptione Robo-
ratoria, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscentes ab utrinque
praestitam satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt, liberosque
et absolutos perpetuo pronuntiant. Intercisam eandem cum eius
Inscriptione Roboratoria, cumque omnibus et singulis illius Conten-
tis et ligamentis in toto et per omnia Cassant, mortificant, et an-
nihilant, sibi suisque posteris ratione praemissorum perpetuum impo-
nendo silentium. Nihilominus unus Recognoscentium Gnosus Sa-
muel Stratkowski, Debebit et tenebitur prout se ac suos successo-
res in et super bonis suis generaliter omnibus, summisque pecuniariis
quibusvis habitis et habendis, suprascripto Gnoso de Stecechowice Ste-
cechowski eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus praefatam
Gnosam Hedvigim Grzymalanka Consortem suam legitimam cum per-
sonali sui assistentia citra Decursum Duodecim Septimanarum ad
approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Quietatoriam, vel
similem suo pro Interesse faciendam, ad Acta quaevis authentica Re-
gni, vim perpetuitatis in se habentia, vel in eventu mortis successores
illius adducere et personaliter statuere, alioque vel eius successoribus

et praemissa

ut praemissa debite exequantur efficere. Idq sub Vadio summae Mille sexcentorum florenorum Polonicalium per eundem Recognoscen. sive eius posteros suprascripto Gnoso Nicolao Stanechowski vel eius Successoribus, ob non statuitionem eiusdem Consortis sub Statuendo, vel in euentu mortis successionem illius pro tempore et loco superius expressis ad Luendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad soluendum succubitu ac pro aliqua principali ex praemissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Gnosus Samuel Strzalkowski sive eius Successores, Ad instantiam praefati Gnosi Nicolai de Starzechowice Stanechowski vel eius posterorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense exnunc receptu Suprascripto quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere Vadium praetactum Luere Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos Successores ad easdem omnia inscribit et obligat praesentibus, Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causae eiusdem Terminos semper peremptorios, vera Infirmitate pro maiori, minorennitate succondom legatione intra vel extra Regnum seruitio militari ad munimenta ad euichrem vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad Quietationem ultra proximos officij praefati Castren. Capitan. Praemyslien. Terminos Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel multiplicatis euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri bello Conuentioneq ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis eiusdem Haec praesens recognitio ad praesentia mediante.